XVI.

DISSERTATIO DE CONSERVATIONE FERARUM NOCIVA

Von

Schädlicher Hegung des Wilds/

PRÆSIDE

HENRICO HILDEBRAND,

D. Liberæ Reip. Norib. Consiliario, ac Pand. Prof Publ.

defensa ab Auctore & Respondente

VITO ANDREA HARTMANN, Noribergensi.

ALTDORFI, 1709.

I. N. J.

§. I.

Venatis olim omnibus permissa.

QUemlibet olim potuisse volucres & feras sylvis oberrantes, tam in publico, quam in privato fundo, eoque *proprio* æque ac alieno venari, notissimum quidem putamus; Sed facultatem hanc non ipso jure naturæ constitutam. Feris etenim ante occupationem in nullius dominio existentibus, nec ulla prohibitione intercedente, cuilibet Gentium jus easdem occupandi libertatem præstitit. §. *12. I. de R. D. L. 1.* § *1. & L. 14. ff. de A. R. D.*

Nod. referuntur inter regalia.

Veruntamen isthanc licentiam capiendi feras, moribus potissimum nostris restrictam plane, ac regaliarum numero adscriptam novimus. *2. F. 27. §. 5. vers. nemo retia. & 2. F. 56. sub tit. Quæ sint Regalia* Magnif. hujus Univers. Pro Cancellarius, DN. Christoph. PELLER. in observ. & addit. ad Klock. *de Ærar. lib. 2. cap. 5 n. 30.* Dubium proinde residet nullum, Principibus ac aliis Dominis Territorialibus, Principum locum in suis ditionibus tenentibus duntaxat, competere istud jus in feras. Nemo hinc privatorum quicquam sibi circa illas juris tribuere valet, nisi aut investiturâ, quod sæpissimè accidit, feudali, aut speciali privilegio, vel præscriptione immemoriali id ipsi fuerit

fuerit ritè quæsitum. Posse enim hisce modis libertatem venandi quibusvis obvenire personis, tantominus scrupuli habet, quantomagis quotidiana observantia evincit, jus istud venandi, oder der Wildban, exerceri à Regalibus aliàs non gaudentibus, hisce sub titulis, legitimam translationem istius juris satis arguentibus. Faciunt huc Illustr. DN. Viti Ludov. de Seckendorff, in Teutschen Fürsten-Staat. *p. 3. c. 3. Regal. 5. §. 1. & 4.* verba id ipsum satis probantia: Sondern solches allein den Hohen Obrigkeiten der Länder und Städte und denen jenigen, welchen es von deroselben entweder austrücklich erlaubt und verliehen, oder durch lange Nachsehung zugewachsen. Sixtin. *de Regalib. lib. 2. c. 18. n. 30. & sqq.* Besold. *Thesaur. Pract. voc.* Jagen ꝛc. Isti juri ita apud nos recepto, adeo exteri morem gerere teneri rationis est, quia, ut ait Grotius *de J. B. & P. lib. 2. c. 2. n. 5.* ad gubernationem populi moraliter necessarium est, ut isti, qui huic vel ad tempus se admiscent, quod fit intrando territorium, conformes sese reddant ejusdem institutis.

§. II.

Sed quo juris fundamento Principes illo Regali fuerint potiti jure, heîc disquirere nobis liceat. Sane eis adstipulandum vel minimè autumamus, qui istud ad evitandas majores lites ex ejusdem exercitio inter subditos subinde nascituras, Rerumpublicarum Rectoribus statuunt relictum; pariter nec illis, qui ob agriculturæ aliorumque laborum ad subditos singulariter spectantium curam, venandi studio perituram, id in Principes collocatum existimant. Multominus calculum nostro judicio merentur contendentes, promiscuam ferarum persecutionem, ex qua Reipublicæ gravissima incommoda, interneciones & latrocinia accidere possent, translationis hujus causam esse. Petr. Müller ad Struv. *tit. de A. R. D. th. 10. in not. lit. a)* Klock. *de Ærar. lib. 2. cap. 5. n. 25. ibique* DN. PELLER. *in obs.* Dantur & alii, hoc venandi jus, Principibus & Magistratibus præscriptione immemoriali acquisitum suspicantes; Sed nec hi genuinam rationem adducunt. Illi tamen magis rem acu tetigisse nobis videntur, qui translatione omnis potestatis, à populo in Principes ac Rectores Provinciarum factâ, hanc facultatem simul in eosdem transiisse adserunt, ut potuerint circa feras, ceu res nullius libertatem naturalem, de qua Gajus *L. 5. ff. de A. R. D.* disserit, circumscribere, & quod naturaliter licuerat, ubive nulla lex civilis prohibitiva intercesserat, vetare atque ipsum dominium naturaliter acquirendum vi sua antever-

Quo juris fundamento id Principes sibi acquisierint.

tere. Grot. *de J. B. & P. dict. l. 2. cap. 2. n. 5.* Illustr. DN. de Seckendorff. in Teutschen Fürsten Staat. *p. 3. c. 3. Regal. 5. §. 5.* nec non laudatus DN. PELLER. ad Klock. *de Ærar. lib. 2. cap. 5. n. 22. & 25.* Quod ad Germanos eorumve mores attinet, rem egregiè illustrant, illa quæ de hac philosophando proposuit Schilter. *Exerc. Theoret. pract. 45. th. 3. & 4.* Hæ circumscriptiones tamen pristinæ libertatis naturalis, potissimum in Germania, primum in certis districtibus duntaxat invaluêre, ceu constat ex Conradi Salici Imperatoris Constitutione de Banno forestorum, à laudato Schiltero *cit. loc.* hanc in rem allegata, nec non adducto ibidem jure Alemannico *cap. CCXXXVII.* in verbis: Da GOtt den Menschen beschuff, do gab er jm Gewalt über Visch und über Vögel, und über alle wilde Thier. Davon habent die König gesetzt, daß niemand sein Leib noch seinen Gesunt verwürcken mag mit diesen Dingen. Doch habent die Herren Panforst, wer jn darinn icht thut, da habent sie Puß darüber gesetzt. Allen Thieren ist Fried gesetzt, ane Wolffen und Pern, an den pricht nyemand kain Fried. Wer in einem Panforst Wild wundet, vellet, oder jaget, der sol dem Herrn das er da ist drey Pfund (al. Sechtzig Schilling) der Lautpfenning geben. Deinde verò temporibus Friderici omnimoda venationis restrictio est subsecuta, illam nemini nisi juribus Regalibus præfulgenti concedens. *2. F. 27, §. 5. vers. nemo retia. & 2. F. 56. quæ sint Regalia.*

§. III.

Plerumque Regalibus adhæret, non tamen semper sub nomine eorum exercetur.

Hoc jus venandi, utut plerumque Regalibus accenseatur prærogativis, non tamen semper harum nomine exercetur, sed alterius sub cujusdam juris figura maximè ab eis, qui Regalibus juribus aliàs non fruuntur. Nempe ut jus distinctum & separatum, als eine Gerechtigkeit, fundo adhærens, cujusdam servitutis quasi jure, potissimum si in alieno constitutum exercetur. DN. Lauterbach. Cam. Imperial. Illustris Assessor *de Condomin. Territ. cap. 1. §. 7.* DN. PELLER. ad Klock *de Ærar. lib 2. cap. 5. n. 30.* Utut ita ab ipsis servitutibus omnino discrepet. Vultej. *lib. 1. de Feud. c. 5. n. 1.* Harpprecht. *ad §. 12. 1. de R. D. n. 133.* Quicquid alii in contrarium ogganniant. Gail. *2. obs. 66. n. 1.* ac Mev. *p. 3. decis. 95.* Non enim servitutis personalis indolem habet, licet de Jure civili jus venandi ad fructuarium & non ad proprietarium spectet. *L. 9. §. 5. ff. de usufr.* Cum in heredes transitorium sit, nec prædia sed feras ibidem circumvagantes respiciat. Nec reali convenit, utputa ad alterius prædii immediatam

tam utilitatem, & in ipsis prædiis constitutæ. Id quod ubique secus se habet in jure in feras concesso. Schwendendorff. ad Eckolt. *tit. de S. P. R.* §. 2. Censetur proinde venandi jus tantummodo jure quasi servitutis, licet non sit servitus, quod ad actionem ideo competentem, utilem confessoriam vel negatoriam attinet, quippe qua non minus aliæ res incorporales ac jura asseruntur vel negantur. DN. Lauterb. *cit. loc.* §. 7. *in fin.* Tametsi & in hac actione à servitutum natura in hoc abeat, quod actorem sibi id juris asserentem & Regalibus non gaudentem juribus, quasi possessio à probatione tituli non relevet contra ista jura aliàs exercentem, cum in eo pristinam Regalium naturam adhuc sapere videatur. Ant. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 3. def. 3. num. 5.* Brunnem. *Cent. 4. decis. 24. n. 4.* Mev. *p. 4. decis. 357. n. 6.*

§. IV.

Jus Venandi superioritatem non importat.

Venandi jus, utut inter Regalia jura, quemmadmodum diximus, si tali competit, qui illorum non est expers, plerumque referatur, Superioritatem tamen Territorialem vel minimè importat, licet hæc, ut ens quoddam ex multifariis Regalibus aggregatum prærogativis, Bannum ferinum ambitu suo comprehendat. Mingius *de superior. territor. cap. 6. n. 78.* Nam Regale in feras jus separatim sæpissime alteri constitutum deprehendimus etsi alter Superioritate, Territoriali emineat. Unus enim summum Imperium aut Superioritatem habere valet Territorialem. die Hohe Landes-Obrigkeit. Alter jus conducendi die Hoheit zu glaiten. Tertius die Wildban. Quartus die Förstliche Obrigkeit. Quintus die Hohe Fraisch und Zent. Sextus die Vogtey- und Erb-Gericht. Justus Sinold. cognom. Schüz. *de Statu Rei Roman. Ex. 6. th. 6. lit. c. Vol. 1.* Id quod in Germania hinc inde usu venit. Lauterb. *de condomin. territor. cap. 1. th. 7.* Sic Domini Burggravii Norimbergenses, vi primævæ Cæsareæ Rudolphi I. de A. 1273. Investituræ, etiam ab Alberto Ann. 1300. repetitæ, tertiam tantummodo feram, tertiam arborem de foresto & omnia ligna jacentia, die Windfälle, nec non Officium de foresto ab una parte pontis, cum quibusdam villis in Districtu Sylvarum Noribergensium olim habuerunt. Nec hodienum Serenissimi eorundem Dn. Successores, venditione jurium per dictam Burggravialem investituram obtentorum à Serenissimo Electore & tunc temporis Burggravio, Domino Friderico, gloriosæ memoriæ A. 1427. Norimbergensibus facta, ratione istius primæ Infeudationis, præter Titulum & Dignitatem Burggravialem, ac in Judicio Provinciali Cæsareo

sareo Præsidum & nonnulla Feuda, aliud quicquam, quam feram duntaxat tertiam jure prætendunt, omnem autem quoad feram sive totum venandi nec non conducendi jus, mero exercitio nitentes. Cum tamen Reipublicæ Noribergensi omnis Superioritas Territorialis & cætera sub eadem comprehensa jura, aliis speciatim non concessa competant, ceu laudatissima hæcce Respublica affatim suo loco & tempore demonstravit, ac scriptis subinde in lucem emissis manifestavit. Confer. Nürnbergische Anmerckungen ad Compendiosam Repræsentationem justitiæ S. D. B. die Zoll-Sache betreffend, ad verb. Sondern in Brandenburgischen Territorio *fol. 33. & 47.* Proinde satis dispalescit hæcce jura in alieno Territorio admodum servitutum alii quæsita, Regalium licet jure ac titulo exerceantur, Jure tamen Territoriali, quippe quod Territorii Dominium non uno vel altero ejusmodi jure constituendum supponit, minime gentium possideri, sed duntaxat servitutis quasi jure in alieno constitutæ. Siquidem frequentissimè fit, ut Imperatores alteri concesserint Territorium cum superioritate, sed reservatis nonnullis aliàs Superioritati adhærentibus juribus, quæ ceu Regalia alteri ac territorii non Domino permiserunt. Faciunt huc quæ ex Besold. *de success. num. 33.* DN. Lauterbach. *de Condom. territorial. c. l.* §. 7. adducit: Posse quendam habere aliquid von der Landes-Hoheit, nonnulla puta Regalia jura, quamvis non sit Dominus Territorialis der Landes-Herr. Hinc palam est, jus venandi Superioritatem Territorialem plane non *involvere*, nisi à particulari ad universale, contra omnes bonæ argumentationis regulas, quispiam inductiones formare affectet Just. Simold. genant Schüz. *de Statu Rei Roman. Ex. 6. th. 6. lit. e.* & post Meichsner. *part. 2. decis. 4. n. 7. fol. 201.* Wehner. *Observat. Pract. voce* Forst-Recht, Forst, Wildban, *fol. m. 113.*

Dominus Venationis licite se tuetur in jure suo atque prohibet, ne alii eo jure utantur.

§. V.

Quacunque autem ratione cuipiam competat jus venandi, concessum tamen eidem est, id omni licito modo tueri. Hinc si venationis Dominus, der Jagt-Herr, aliàs Regalium prærogativarum est compos, istud variis mandatis pœnalibus etiam mortis supplicium minitantibus munire valet. Quicquid etiam contra hunc posteriorem coërcendi modum disputent Jurium Prudentes ap. Arnold. de Reyg. *in. Th. sub voc. Venatio.* allegati. Confer. Illustr. DN. de Seckendorff. in Teutschen Fürsten-Staat. *p. 3. c. 3. Reg. 5. §. 6.* Schwend. ad Eckolt. *tit. de A. R. D. §. 15.* & speciatim Hopp. *in*

Comm.

Comm. ad l. §. 12. de R. D. scrupulum hac in re moventibus satisfaciens. Humanius tamen mortis pœnâ abstinendum suadet cum aliis DN. PELLER, *in obs. ad Klock. de Ærar. lib. 2. c. 5. n. 42.* Pariter juberi & præcipi ab eo potest, ut Rustici canes superfluos haud alant, & quos aluerint, baculo ad collum appenso domi continere debeant. Daß die Bauren auf dem Land ihren Hunden Prügel anlegen sollen. DN. PELLER *cit. loc. n. 24.* Wehner *in Observ. Pract. voc.* Forst-Recht, Forst, Wildban *fol. m. 117.* ibi: Bengel-anhängung, Hunds-Bengelung, oder das Geboth die Hunde zu brügeln. Porro heic venit disquirendum. Num Dominus Venationis habeat etiam jus cingendi, sapiendi aut concludendi sylvas, die Gerechtigkeit des Hagens, oder einen Hag in das Holtz zu schlagen, quæ Haga à Hain nominata censetur. Schilter. *Ex Theoret. pract. 45. th. 8.* Rectius tamen hoc negandum ducimus, cum Wehnero *in Obs. Pract. voc.* Forst-Recht, Forst, Wildban. Cum, Jagen, non inferat, hagen, illudve mit Hetzen und Garn expediri possit. Confer. Gylmann. *tom. 5. Symph. supplic. 28. Relat. 34. n. 18.* Joh. Bidenbach. *Quæstion. Nobil. 17. n. 4. hendecad. II.* Utriusque porro juris causa separata & distincta est, jure venandi discontinuam, cingendi autem jure continuam causam habente. Hinc a diversis male infertur, cum diversa sint, Jagen und Hagen. Bidenbach. *cit. loc.* Quare venandi jus habens & sylvas cingendi potestatem prætendens, hanc probare tenetur. Imo si eam probaverit adeo, ita hoc jure utendum est, ut suis lignis id faciat, quia Hagen est instar retium & cassium, & qui vult uti venatione, ipse tenetur suis retibus & canibus isthanc exercere. Gylmann. *cit. tom. 5. Symphorem. suppl. Relation. 34. n. 22. fol. 237.* Schilter. *Exercit. Theor. Pract. 45. th. 8.* Nimirum sine præjudicio Domini Foresti aut Sylvæ, des Waldherrns, ne venandi jus in alieno servitutis quasi jure exercendum, ultra suam indolem extendatur. *arg. l. 13. ff. de S. P. R.* Besold. *Thesaur. Pract. voc.* Jagen. Arnold. de Reyger. *voc. Venatio. n. 38.*

An ille, qui jus Venandi habet, etiam habeat jus cingendi?

§. VI.

Non minus vi Banni venatorii Domini venationis die Jagdhabere, ad conservationem suorum ferarum sæpe quidem contendunt, ne Dominus sylvæ, immodicé & citrà necessitatem, arbores cædendo totam sylvam devastari & eradicari permittat, daß man sich des gäntzlichen Ausstöckens oder Ausreütens enthalte, ne hæc cæsura venationi obsit. *l. 15. §. 6. & l. 19. §. 1. ff. de usufr. l. 1. §. Labeo putat. 27. ff.*

Non Dominus Venationis prohibere possit, ne Dominus sylva immodicè arbores cædat?

27. ff. de aqua cottid. & æstiv. Besold. p. 1. cons. 16. per tot. Veruntamen Dominus Foresti nullatenus ita jure coarctatur, quo minus eidem liceat sua sylva libere uti, etiam cum incommodo alterius. arg. l. 6. C. de serv. ibique Brunnem. ne alias proprietas sua eidem inutilis reddatur. Noë Meur. in Jagd und Forst-Recht. p. 7. fol. m. 130. & seq. Sane jus, quod venationis Exercitori concessum ad feras tuendas & conservandas, eidem non solum in suo districtu venatorio competit, sed porrigendum adeo ad feras vulneratas, welche schweissen, fugientes extra hunc, absque tamen flatu cornu venatorii atque canibus persequendas, nachzufolgen, nachzueilen oder nachzusetzen. Thom. Merckelbach. ap. Klock. tom. 1. consil. 29. n. 545. & 564. Dietherr. in addit. ad Besold. voc. Jagen. Eousque tamen hæc sequela est permissa, quousque spatium XXIV. horarum durat. Dietherr. cit. loc. Huc faciunt egregiè quæ ex Jure Alemannico cap. CCXXXVII. §. 7. & 9. hanc in rem allegat Schilter. Exerc. Theoret. Pract. 45. th. 11. de fera delassata. Ist das ein Mann ein Wild jaget, und kümpt es von jm unversehrt, und ist es so mued, daß es nyder vellet und nicht fürpas mag. Und kümpt es aus seinen Augen, daß er sein nicht mehr siht. Und wer es darnach vindet oder sehet, des ist es mit recht, doch also, ob er sich des Souches hat geleubet i. e. abgethan. Aber dieweil er es suchet, so ist es sein: Nec non de vulnerata, aut mortua ex vulnere: Ist das ein Mann ein Thier wundet in seinen Wildpan, und das flewet von Jm, das es kümpt aus seinen Augen, und es kümpt in ainen andern Wildpan, und vellet danyder. Wes das Wild zu recht sey, das süllen wir euch sagen. Und stirbt es darinn, er das es (er) darüber kümpt der es gejaget hat des ist es zu recht. Ad id proinde ut in alieno persequens feras, jus has sibi vindicandi habeat, exigitur primo actualis sequela istarum, sed non ultra XXIV, horas extendenda. Secundo, ut fuerint in hac persecutione deprehensæ mortuæ, vel ex vulnere vel plane delassatæ. Deindeque ut earundem sequela non sit intermissa. Hac enim neglecta, aut vulneratione ista intercedente, ut vulnerantis oculos effugerit, fera est ejus, in cujus venatorio districtu existit. vid. Jus Alemannic. ap. Schilter. cit. loc. Und vind er es lebendig, er soll es sten lassen. Wann es zu recht des ist, des da der Wildpan ist, ain jeglich Wild ist eines Mannes mit Recht, dieweil es in sein Gewalt ist, kümpt es aber aus seinem Wildpan, so ist es nicht sein. DN. de Seckendorff. p. 3. §. 3. Regal. 5. §. 6.

Conservatio feræ vulnerata per sequelam.

§. VII.

§. VII.

Verum enim vero sicuti Dominus Venationis der Jagd-Herr oder Jagdhaber, sibi, uti recensuimus prospicit omni de evitando nocumento in venatione sua, ita nec ipse in alendis & tuendis feris aliis damnum inferendum admittat. arg. *l. 24. ff. de S. P. V. l. 47. ff. solut. matrim. quemadm. dos pet. & l. 2. §. item Varus 5. ff. de aqu. & aqu. pluv. arc.* Sebastian. Medic. *Tract. de Venat. q. 19. part. prim.* Nulla potissimum alia conjectura existente, quam quod hoc jus in feras ei, qui easdem capiendi libertatem olim habuerunt, translatum voluerunt, in sibi Præfectos sine omni damnum hinc sentiendi ratione: Justissime ergo Illustr. DN. de Seckendorff. *p. 3. c. 3. Reg. 5. §. 1.* hanc in rem scripsit; Nur das hingegen die Obrigkeiten und Jagtbefügte denen schädlichen Raub-Thieren auch abhelffen, und im Nothfall sich und die Seinigen dafür zu schützen, niemand wehren, und ander Wildpräth nicht in solcher Menge hegen, daß dadurch der Feld-Bau verderbet werde, massen sie auch, nach Billichkeit solchen veranlasten Schaden zu ersetzen, gehalten seyn. Unde Moralistæ adeo Venationum Dominos mortaliter & ita peccare censent, ut prius absolvi nequeant, nisi de damno provideant resarciendo, & averruncando eo, quod feræ aliorum prædiis ac fructibus inferunt. Ludov. Molin. *tom. 1. de Just. & Jur. Disput. 47.* Wehner. *in Observat. Pract. voc.* Forst-Recht, Forst, Wildpan. Nam etiamsi agrorum possessores continua sua & suorum vigilia noctu atque interdiu, in abigendis feris à prædiis suis damnum adeo ipsimet evitarint, valor vigiliæ & laboris ipsis nihilosecius satis damni quod passi, erit. Molin. *cit. loc.* Quam ob rem non potest non damni per feras actu dati resarcitio justissima esse, ceu eleganter ex Covarruv. *in cap. peccatum. part. 2. §. 8. n. 11.* adducit Thom. Merckelbach. ap. Klock. *tom. 1. consil. p. 1. consil. 30. n. 21.* in verbis: *Prohibentes Venationem vel in locis publicis, vel in privatis etiam propriis, tenentur ad restitutionem damni vicinis illati ex multitudine animalium, in loco prohibito, ob interdictam venationem enutritorum exterius erumpentium & messibus & segetibus per devastationem damnum inferentium.* Causam etenim sua prohibitione venationis, ferarum multitudini dant, unde quoque vicinis data & exinde oborta damna æquissimè ferunt, ob rationem *l. 30. §. 3. in verb. nam & qui occasionem præstat, damnum fecisse videtur. ff. ad l. Aquil.* Schilter. *Exerc. Theoret. Pract. 19. th. 1. & 2.* & Gail. *lib. 2. obs. 68. n. 10.* Permittant igitur Domini venationum

Dominus Venationis aliis in alendis atque tuendis feris damnum inferre non debet.

communi jure Gentium olim omnibus concessam venandi libertatem, aut noxam à feris datam læsis restituant, & provideant de damno in futurum avertendo, ne veræ servatæ nimium cedant in agrorum alienorum populationem, & fructuum nocivam consumtionem. Sixtin. *de Regal. l. 2. c. 18. n. 76.* Arnold. de Reyger *in Thesaur. Jur. voc. venatio. in addit. poster. n. 8.* Nicol. Everhard. jun. *vol. 1. consil. 10. n. 56.* Wehner. *in Observ. Pract. voc.* Forst-Recht, Forst, Wildban.

§. VIII.

Quonam ex nexu Principes & Domini Venationis feras ita solicite alentes teneantur ad damna illa resarcienda.

Dubitari equidem potest, de nexu hoc, quo Domini Venationum, ad damna per ferarum multitudinem aliis illata, teneri perhibentur, cum vagabundarum ferarum nondum domini esse dicantur, licet ipsis jus venandi feras sit quæsitum. *arg. l. 3. §. 14. ff. de A. vel A. P.* Conferantur Vinn. *ad §. 12. I. de R. D. n. 3.* & DN. Pufendorf. *de Jur. Nat. Gent. l. 4. c. 6. n. 1.* adserentes, sola prohibitione feras dominio prohibentis non subjici. Verum enim vero si hic cum Paulo in *cit. l. 3. §. 14. de possessione* sensissent, & nos adstipulatores habuissent. Grot. *de Jur. Bell. & Pac. l. 2. c. 8. n. 5.* Esse etenim hodie feras nondum occupatas licet, sed in districtu venatorio circumvagantes in dominio Venandi jus habentium, id certò adsererere rationibus haud destituimur. Non quidem nitimur sola ratione Grotiana, sed hac; dominium ferarum moribus nostris jure accessionis & fructuum quasi ad eum pertinere, ad quem jus venandi spectat: *hoc* enim apprehensio feræ corporalis non facit, sed solum aut districtus, qui illam continet, & in quo jus habemus eam apprehendendi. Sic feræ in banno ferino nostro morantes, nostræ sunt, & earundem dominium mediante solo & districtu venatorio tanquam continente nobis quæsitum putatur. Id quod haud obscure etiam comprobatum clare extat jure Alemannico *c. 237. §. 7. & 8.* à Schiltero *in Ex. Theor. Pract. 45. §. 10.* adducto, hisce in verbis: Wann es zu Recht des ist, des da der Wiltpan ist. Ain jeglich Wild ist aines Mannes mit Recht, dieweil es in seiner Gewalt ist, kumpt es aber aus seinen Wiltpan, so ist es nicht sein. Non opus proinde est ut cum Huber. *in prælect. ad Dig. de A. R. D. th. 7.* fingamus, quod jus venandi habentes, quodam ministerio intercedente capientium demum ferarum domini fiant. Existentibus enim feris circumcursitantibus, mediante banno ferino in dominio, utique istarum Dominus de damno ab eisdem dato resarciendo, & futuro amoliendo, etiam ante earundem adprehensionem tenebitur. Nec exceptione quadam acquisiti

quisiti nondum in feras dominii sese tueri quisquam valebit. *arg. l. 1. §. 10. & 12. ff. si quadr. pauper. feciss. dic.* Cum omnino feræ secundum hodiernos mores sint in dominio ac potestate venandi jus habentis, atque hinc is dictante ratione naturali, secundum præcipientem socialitatis humanæ legem, ita æqualitatem conservare debet, ut & damnum per feras datum resarciat & præcaveat futurum. Schilter. *Ex. Theor. Pract. 19. th. 1. & 2.*

§. IX.

Memoratam supra resarcitionem damni per feras ita multiplicatas dati, eo quoque casu non iniquam existimavimus cum Thom. Merckelbach. apud Klock. *tom. I. Consil. cit. 30. n. 21. & n. 23.* utut solicite ita alentes feras expresse permiserint earundem, si in vicinorum agros diverterint, occisionem. Wehner. *in Observ. Pract. voc.* Forstrecht, Forst, Wildpan. Occidendi licet venia præstita, Domini tamen ab obligatione sua non liberantur, sed ob concurrentem culpam suam, ad indemnisationem læsis faciendam nihilosecius obstricti manent. Neque est ut conquerantur, quasi sic absque suo facto teneantur. Nam hoc utique intercedit, dum istas feras in societate hominum ita studiose conservant, ut harum multiplicatione aliorum agris & fructibus damnum inferatur, alioquin non exoriturum, nullave diligentis patrisfamilias cura præcavendum. Non enim sunt vacui culpa, qui compertis læsorum querelis, ferarum suarum copiam damnum inferre, adhuc tamen isthanc multiplicatam asservare conantur, manente ubique per feras facta devastatione & læsione. Cavere autem id possent, si feras non ita adaugeri curassent, quo humanæ societatis officio neglecto, vinculi ad resarciendum damnum nexus in propatulo omninò existit, nulla trucidandi venia læsis allegata evitandus. Schilter. *Exerc. Theor. Pract. 19. th. 2.* Wehner *in Observ. Pract. c. l.*

Licet cuilibet occidendi venia fuerit præstita, Domini tamen venationis ad damni restitut. tenentur.

§. X.

Nec porro opinandum, agrorum possessores saltem in eo damnum sua culpa sentire dum non vigilant latrantibus canibus ac molossis, aut sepimentis feras bestias à suis agris, & fructibus adhuc pendentibus abigere satagunt, hac sepiendi & sibi præcavendi facultate potissimum à Domino venationis non interdicta. *arg. l. 27. §. 9. l. 31. ff. ad L. Aquil. & l. 203. ff. de R. J.* Gail. *lib. 2. obs. 68. n. 11.* Ast cum demonstrari non possit, subditos prædiis pollentes unquam ad talem laborem de jure obstrictos esse. *arg. l. 15. §. 1. ff. de servit.* vix est, ut

Hac damni restitutio locum invenit, alia licet ferarum ab actione concessa.

ipsis hujus vigilantiæ omissio imputetur in culpam, si enim Leges eum, qui suo in fundo in alterius utilitatem jus venandi pati tenetur, nolunt cogi ad faciendum quicquam, plane acquiescentes, dummodo æqua patientia istius accommodetur, *arg. l. 6. §. 2. & l. 8. pr. ff. si serv. vind.* Besold. *in Thesaur. Pract. voc.* Jagen. Multominus eædem illum ad tale factum obstringere voluisse præsumuntur, qui regulariter istius in suo fundo juris exercitium ad vicini commoditatem sufferre haud est devinctus. *arg. l. 10. ff. de S. P. U. & l. 24. §. 12. ff. de damn. infect.* Libertatis enim suæ jure utens, nemini ad hujus restrictionem & diminutionem tale subire cogitur factum, quod continuas vigilias, nec non perpetuam in abigendis feris a fundis solicitudinem damni evitandi, aliumque laborem exposcit: Hoc enim quempiam onerare utique iniquum foret. Ludovic. Molina *Disp. de Just. & jur. 47. fol. 227. tom. 1. verb. si quis.*

§. XI.

Venandi habens jus debet resarcire damnum, a feris sive suis, sive alienis subditis datum.

Id quod de emendatione damni asseruimus, non tantum de eo, quod vicinis, sed & de illo, quod propriis subditis per ferarum enutritarum multitudinem datum, intelligendum esse putamus. Quilibet enim Dominus & Superior ita in juris sui exercitio sese gerere debet, ut munus & officium boni Principis & Domini exigit, hoc est, tueri subditos eorumque bona; non autem concedere vel ansam porrigere, ut ullum eisdem inferatur sine justa causa damnum. *3. Regum cap. 10. v. 9. & L. 4. C. de emancip. L. 2. §. merito. 10. §. siquis a Principe. 16. ff. ne quid in loco publico.* Mev. *p. 1. decis. 141. n. 3.* & Pett. Anton. de Petra *integr. tract. de jure quæsito per Principem non tollendo.* Utut enim Dominus in subditorum bona vi Supereminentis Dominii, pro lubitu suo ac arbitrio statuere valeat, & hi etiam hanc facultatem in eundem suo modo contulisse censeantur. Pufendorf. *de J. N. & G. lib. 8. c. 5.* Grot. *cit. lib. 2. c. 15. §. 9.* Et quamvis porro quilibet Dominus Regalia ac jura sua libere contra subditos exercere, hæcce adeo propria auctoritate in minus obsequentes defensitare possit per verba Capit. Joseph. §. 7. Massen dann auch Churfürsten, Fürsten und Ständen zugelassen und erlaubt seyn solle, sich nach Verordnung derer Reichs-Constitutionen bey ihren hergebrachten und habenden, Fürstlichen Juribus selbsten, und mit assistenz der benachbarten Stände wider ihre Unterthanen zu manuteniren, und sie zum Gehorsam zu bringen. Omnis tamen ista Domino competens potestas eo restringenda venit, si vel extrema necessitas ist-

hanc

hanc liberam dispositionem in bona & res subditorum efflagitat. Pufendorf. cit. loc. vel inobedientia parentium sese exserens, illam via facti procedendi rationem exigit: alias enim via juris utendum. arg. Capit. Leopoldin. *art.* 15. Ad extremam autem talem necessitatem à subditis subeundam, damnum per ferarum multitudinem datum neutiquam pertinet, nec postulatio Domini ad tuitionem Regalis sui juris istam patientiam prætendens. Unde tali in casu de damno per feras sic dato, Subditis negotio cum Domino suo intercedente, utique ipsis judicia ordinata censemus. Ord. Cam. *p. 2. tit. 4. &* Rec. Imp. Novissim. *de Anno 1654.* §. *105.* Domini enim subditis suis per feras nocentes omninò ad emendationem tenentur, nisi malint in tergiversatione mortale incurrere peccatum Thom. Merckelbach. ap. Klock. *cit. consil. 30. n. 21. 22. & 23.* Nam his competere censetur in subditos potestas, non ut eosdem ac eorundem res lædant, sed conservent, & tueantur. Ertel. *Prax. Aur. de Jurisd. Infer. Civ. lib. 2. c. 7. obs. 6.*

§. XII.

Actiones de damno dato restituendo, ac futuro avertendo competentes.

Sicuti autem damnum istud per feras vel jam tum datum, vel futurum, & a ferarum multitudine majus metuendum est, ita quoq; duplex pro isto avertendo consideratio extat. Altera damni actu dati. Altera vero damni adhuc insignioris imposterum exspectandi. Ad prius quod attinet, competere læsis ad ejusdem restitutionem actiones contra ipsos Dominos, venationis exercitium habentes, jure optimo maximo radicatas, ex infra adducendis harum figuris, plus satis manifestabitur. Sed ratione posterioris damni, nempe futuri præcavendi, altioris videtur esse indaginis: Num heic remedia sicuti circa damnum datum sese exserunt, pariter ratione futuri supersint. Ob damna enim futura evitanda, nulla quidem alias datur actio, sed duntaxat postulatio cautionis damni infecti, â rebus inanimatis ruinosis metuendi. *L. 6. & L. 7. §. ff. de damno infecto.* Hæc cautio ad res animatas & feras speciatim, vix videtur extendenda. res inter animatas & in animatas hujus in cautionis exactione discrimine singulari intercedente, ceu ex Ulpiani *L. 7. §. 1.* verbis constat: *cumres quidem animatas, quæ damnum dederunt, ipse extent: ædes autem, si ruina sua damnum dederunt, desierint extare.* Verum enim vero nec hoc in casu damni per feras exspectandi, remediis juris analogiæ convenientibus destituimur, & judicialibus & extrajudicialibus infra exponendis. Ipsa enim naturalis ratio suggerit, ut illi qui conservatione

servarione ferarum atque bestiarum damna aliis inferunt, de hoc id juste metuentes securos reddant. Schilter. *Exerc. cit. Theor. Pract. 19. th. 1.* Nec discrepantia ab Ulpiano *in L. 7. §. 1. ff. de damno infect.* adducta, ubique obstat omnis cautionis exactioni, utut non secundum Legislatoris verba, bene tamen ejusdem mentem, cum feræ circumvagantes non sint ita in possessione ipsius domini, ceu cætera animalia, ut possint inservire damni dati satisfactioni. Nihil proinde impediet, Ulpiani rationem *in L. 7. §. 1. de damn. infect.* reliquis inanimatis accomodatam, etiam ad feras extendere, his potissimum nondum adprehensis, & sæpissime in Domini venationis possessionem nunquam venientibus, quo & suo modo respexisse videtur Thomas Merckelbach. ap. Klock. *consil. 30. n. 24. vol. 1.*

§. XIII.

Nunc sequuntur Remedia ad damni dati reparationem competentia.

Ad damni dati reparationem consequendam hæc competere censentur Remedia: Nempe de pastu, vel utilis L. Aquiliæ, vel in factum actio. *L. 14. §. fin. ff. de P. V. & L. fin. C. de L. Aquil.* Gail. *lib. 2. obs. 68. n. 8.* Georg Mohr. *de Venat. p. 1. c. 4. n. 21. fol. 35.* Thom. Merckelbach. ap. Klock. *cit. consil. 30. num. 24.* in verbis: Nicht weniger weis man sich aus denen Rechten zu erinnern, daß dißfals der Wildbans-Herr, da er das Dominium über das Wild, wegen erlittenen Schadens, und zu dessen *æstimation* entweder *utili L. Aquiliæ*, oder *de pastu pecoris actione* oder auch *ex Edicto ff. si quadr. paup. feciss. dic.* mit Recht vorgenommen und eingefasset werden kan. Eousque tamen modo laudato Merckelbachii asserto actionis ex Edicto *ff. si. quadr. paup. feciss. dic.* movendæ solummodo adstipulamur, quatenus id intuitu utilis non directæ actionis quadrupedariæ intellectum esse voluerit. Cum ad id, ut actio directa quadrupedaria locum habeat, non sufficiat quod fera bestia nocens in alicujus dominio sit, sed requiritur etiam, ut non secundum naturam sui generis, sed contra eandem vel mansuetudinem hucusque consecutam, damnum dederit. *L. 1. §. 7. & 10. ff. si. quadr. paup. fec. dic.* per ea, quæ hanc in rem habet Lauterb. *in Colleg. Theoret. pract. d. tit. §. 7. in fin. Conf.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 18. n. 76.* Illustris Dn. de Seckendorff. *p. 3. c. 3. Regal. 5. §. 1.* ibi: sie auch nach Billigkeit, solchen veranlasten Schaden zu ersetzen, gehalten seyn.

§. XIV.

§. XIV.

Hæ actiones prouti in Dominum venationis vel mediatum vel immediatum Imperii membrum existens competunt, ita quoque fori electionem, in quo instituendæ, cuique easdem moturo suppeditant. Quamobrem actor restitutionem damni accepti intendens, hoc forum rei solitum absque Processus nullitate præterire haud valebit. Unde si membrum Imperii immediatum est conveniendum, ipsum adeo Austregarum forum eidem erit adeundum; dummodo requisita hocce judicium fundantia extant, vel immedietas, tam ex Actoris, quam Rei conveniendi parte huc necessaria. Ord. Cam: *p. 2. tit. 2. 3. & seqq.* vel istud forum singulariter concedens Constitutio, seu nonnullis Civitatibus Imperialibus id privilegii indultum. Limn. *de Jur. Publ. lib. 9. c. 5. n. 16.* Schweder. *in introd. in Jus Publ. part. special. sect. II. cap. 17. n. 6.* Utut Principes ac eis Principali dignitate pares, etiam Austregarum hocce forum sortiantur, licet contra eosdem agentes nulla ubique immedietate gaudeant. Schweder. *cit. loc. n. 9.* Hinc mediati Imperii, sive subditi, sive subditi non sint, isthac Principali dignitate præfulgentes omnino conveniunt illac in Austregali instantia. per verb. Ord. Cam. *p. 2. tit. 4. in fin.* Und sollen solche Austräge auch mit den Bürgern, Bauern und andern Unterthanen, gegen den Fürsten und Fürstenmäßigen statt haben. Qui sane contextus Ordinationis Cameralis nullo alio sensu accipi potest, quam subditos adeo Principem suum coram Austregis etiam in hujusmodi præsenti damni per feras illati causa, convenire debere. Blum. *Processf. Cam. tit. 27. n. 62.* Gail. *lib. I. obs. 1. n. 62.* Mynf. *cent. 5. obs. 1. n. 2.*

Enumerata actiones cessante foro Austregali, in Judiciis Imperii sunt movenda.

§. XV.

Pro damno futuro evitando, præter extrajudicialia, de quibus mox infra agendum, suppetunt talia remedia judicialia. Nimirum cautio sententiæ de damno dato latæ inserenda, pro multitudine ferarum hucusque enutritarum diminuenda. Curare enim debet actor, ut illa per ipsum Judicem adjiciatur. Nec hæc adeo analogiæ juris inconveniens esse videtur, potissimum cum & alias vindicaturus rudera operis, quod damnum dedit, tam de præterito, quam de futuro cavere teneatur damno. *L. 7. §. 1. ff. de damn. infect.* nec non illum, qui alterum in suis rebus inquietat & turbat, oportet

Remedia ad futurum damnum evitandum, recensentur, ut cautio.

teat eundem securum reddere cautione interposita de non amplius turbando. *L. 12. ff. si serv. vindic. L. 7. ff. de aqu. cottid. & æstiv.* Huc similiter respexisse Thomam Merckelbachium, arguunt hæcce verba ejusdem. Dieweilen aber erst angedeutete actiones nur allein auf den bereits erlittenen Schaden und dessen Erstattung, aber nicht auf künfftige damna gerichtet, es sey dann, daß man vermittelst der caution in puncto executionis künfftig die Urtheil dahin extendiren wolte. ap. Klock. *p. 1. Consil. 30. n. 24. in med.*

§. XVI.

Mandata sine Clausula.

Quod si ejusmodi cautio sententiæ adjecta non invenitur, Mandata sine Clausula porro veniunt extrahenda, vel de non vastandis agris illorumque fructibus, per feras nimium admodum, ac in multitudine usque huc conservatas, vel de præcavendo dano, imposterum hinc inferendo, & de non turbando in defensione contra feras licite suscipienda. Pro his Mandatis secundum Ord. Cam. *p. 2. tit. 23.* fundatis tenendum: Utique primo omni juri & æquitati contrariari, ita a Domino venationis, multiplicatæ bestiæ in grande nocumentum aliorum ut alantur. Deinde publicæ adeo utilitati haud convenit, ut pro voluptate ea, quam quispiam ex multitudine ferarum capit, vastetur agricultura alias egregie privilegiata, & consumantur fructus, tam ad pauperes agricolas eorumque familiam exhibendam facientes, quam ad sublevamen publicorum onerum & tributorum pertinentes. Hic præsentissimum moræ periculum eminet, huic damno accrescenti quantocyus etiam per præcepta sine Clausula occurrendi, potissimum, si Dominus venationis sæpius de medela damni istius facienda fuerit rogatus & admonitus, & eidem mandandi, ut & damna data resarciat, & ferarum copiam in posterum diminuat, omnemque nocendi ansam præscindat. Quare ad supplicationes Dicasteriis Imperii exhibitas, similia mandata emanasse refert ex Gylmann. *Symphoremat. supplicat. Cameral.* Thomas Merckelbach. ap. Klock. *p. 1. cit. Consil. 30. n. 26. usque ad 29.* Caute tamen in decernendis Mandatis ad instantiam Subditorum contra Dominos proprios proceditur, dum non statim nudis horum narratis credi solet, sed Constitutionibus Imperii provisum extat, ut literæ informatoriæ primum exigantur ab illorum Dominis, contra quos querelam putarunt

runt movendam. Rec- Imp. Nov. *d. A. 1654. §. 105. ibi*: denen Unterthanen und Bürgern wider ihre Obrigkeit die Processe nicht leichtlich erkennen, sondern vorhero umb Bericht schreiben. Idem in Capit. Cæsar. Leopold. *art. 18.* & Joseph. *art. 17.* ordinatum legitur.

§. XVII.

Propositis usque huc remediis judicialibus agros & fructus suos contra feras tuendi, nunc succedunt extrajudicialia. Hæc inter primo loco venit consideranda tuitio agrorum & fructuum, tam mossis ac latrantibus canibus, quam aliis structuris quibus feræ fugari & arceri possunt, omnino concessa. Illustris Dominus de Seckendorf. im Teutschen Fürsten-Staat. *p. 3. cap. 3. §. 2.* vers. Zu Behauptung. ibi: oder mit dergleichen Knitteln verwahren, oder so kleine Hunde haben sollen, daß sie zwar das Wild vom Schaden an ihren Früchten abschrecken können. *Ertel. de Jurisd. Inf. lib. 2. c. 7. O. 6.* Hæc custodia ut defensionis species nulla prohibitione Venationum Domini impedire valent. Bocer. *d Regal. cap. 1. n. 70.* Unde Mandatum pœnale de relaxando captivo, ad instantiam Illustris cujusdam contra M. B. Decretum fuisse referunt: daß S. F. G. einen Schaf-Knecht, wegen der so wohl zu Beschützung der Schafe wider die Wilden Thiere, als Feld-Gewächs und Früchte wider das Rothe und schwartze Wildpreth, ungebrügelte Hunde gehalten, beyfangen lassen, welcher Supplication auch dieses einverleibet gewesen, wie die Kaiserl. Majestät ernstlichen Befehl-Schreiben an S. F. G. abgehen lassen, dero Wildführen und Wildbans-Hegung anders nicht, dann den gemeinen Rechten gemäß, allein auf ihren Eigenthum, Grund und Boden, und also ohne Männliches Schaden anzustellen, daß auch niemand verwehret seyn soll, sein Grund und Güter mit Zaunen, Hunden und anderer Befriedigung von Wildbräth, so gut als er könte zu verwahren, zumahl daß niemand schuldig, auf den seinigen und mit seinen Nachtheil einen andern sein Wildbräth zu unterhalten. Confer. Thom. Merckelbach. ap. Klock. *p. 1. consil. 30. n. 28.* & Gylman. *n Symphoremat. Supplicat. Cameral. tom. 5. supplicat. 62. fol. 284.*

Extrajudicialis defensio.

§. XVIII.

Possunt permissu scil. superioris feræ agros depopulantes, quandoque licite occidi.

Denique nec hæc species propriæ defensionis est deneganda a ferarum multitudine damna metuentibus, ut in casu efflagitatæ medelæ planæ non secuturæ, nocivas sibi bestias agros depopulantes & in hac vastatione deprehensas, occidere, atque sic fundos & fructus suos defendere valeant. Quod si enim cuilibet pro defensione rerum suarum licitum est, lædentes & vastantes homines repellere & quandoque adeo interficere. *L. 3. §. 9. L. 17. ff. de vi & vi armat. L. 4. ff. de L. Aquil. L. 1. C. quando lic. unic. sine judic. se vindic.* Quidni etiam liceat multo magis bruta ac nociva animalia fructus a supremo Numine datos corrumpentia & vastantia enecare, cum rerum suarum tuitio contra has non minus quam contra homines permissa esse debeat, ex regula, ut, cui plus licet, id quod minus est, eidem haud debeat esse interdictum. *L. 21. ff. de R. I. c. 53. de R. I. in 6to.* Hoc argumentum a majori ad minus affirmative procedit, etiam in materia odiosa. Gravet. *Consil. 457. n. 18.* & frequens esse solet a persona ad res. Nicol. Everhard. *in Topic. in loco, a persona ad res.* Tametsi per hanc defensionem alienis rebus nempe ferias simul damnum detur. *L. 3. §. quod ait Prætor. 7. ff. de incend. ruin. naufrag. L. si quis fumo. 49. §. quod dicit. 1. ff. ad L. Aquil.* Unde post Didac. Covarruv. *in relect. c. peccatum. p. 2. §. 3. versic. illud profecto.* Nicol. Everhard. Jun. *consil. 10. n. 57. vol. 1.* Isthoc cumprimis juris naturalis defensionem dictantis fundamento nixus scribit: *subditos ab omni pœna immunes esse dimittendos, qui feras, hoc modo suis segetibus & pratis nocentes occidunt, quando Principes Venationem prohibentes tantam multitudinem ferarum enutriunt, ut illæ extra sylvas erumpant, & messibus ac segetibus damna inferant, quæ ipsi Principes nunquam restituunt.* Hancce defendendi rationem ex eodem æquitatis naturalis principio justissimam pariter reputans Thomas Merckelbach. ap Klock. *p. 1. cit. consil. 30. n. 9.* ita consuluit: So ergiebt sich doch dieser Schluß, daß Hoch-wohl-und Wohl-Gebohrne Herren Consulenten, oder dero Unterthanen mit gutem Fug Rechtens das schädliche Wildbräth, so ihren Aeckern und Wiesen dermassen depopulando zusetzet, impune zu fällen, und zu erschiessen zugelassen. Cui pariter non omnino abludunt ea, quæ habet Grot. *de. I. B. & P. lib. 2. cap. 1. §. 13.*

n. 1. in fin. Sicuti alioquin necessitas extrema præstat jus in res alienas, potissimum eas, quæ olim communes fuere existimatæ, ita non minus necessitas defensionis, facultatem in feras istas nocentes pristinam, quasi postliminio restituere videtur eis, qui exinde damna patiuntur, obnixe efflagitata potissimum earundem diminutione, sed a venationis Domino usque huc plane non obtenta.

§. XIX.

Caute tamen isthoc remedio occisionis utendum, nullo scil. fere alio superstite. Omni enim modo primum tentandum, an non alia ratione hæcce necessitas evadi possit, puta adeundo Dominum venationis & enitendo, num precibus diminutio ferarum usque huc enutritarum, obtineri valeat, id quod in alio necessitatis casu pariter supponit Grotius *d. l.* §. 7. Isthanc demonstrationem, annexa petitione instanti factam, sæpius iterandam, prudenter satis suadet Merckelbach. apud Klock. *p. 1. consil. 30. n. 15. in verbis:* Nichts destoweniger aber könte mit dem Wild zu fällen, gefragter massen gleichwohl also verfahren werden, daß umb mehrern Glimpfs willen, Fürstenberg noch zwey oder drey mahl mit der angehefften Commination ersuchet werde, daß in wiedrigen Fall die Herren Consulenten den Ihrigen zu Abwendung dero eusersten Verderbens, die Anzahl Wilds etwas zu ringern, unumbgänglich verhengen, auch wider unbillige Gewalt nach Vermögen handhaben müsten. Non tamen necessum ducimus, ut hæc defensio privata differatur, donec omnia cessent judicialia remedia, vel restitutio damni jamjam illati haud fiat, ceu existimat Nicol. Everhard. *vol. 1. Consil. 10. num. 57.* Nam his licet adhuc pendentibus, occisio depopulantium ferarum in agris deprehensarum non extat prohibita, cum pendente adeo lite, cuivis licentia suppetat, pro conservanda sua possessione vel quasi libertatis, suos fructus & fundos eo modo contra nocivam devastationem jure tuendi. Gail. *lib. 1. obs. 145.* Merckelb. ap. Klock. *cit. loc. n. 18. & 20.*

Propria hæc tuitio adhibenda tunc demum, si nulla medela sequitur.

§. XX.

Hac in occisione porro exigimus, ut sub permissu & auctoritate ejus fiat, cujus Superioritati damnum patientes & feras trucidaturi

Hæc occisio Ferarum

non nisi Superiorum præscitu permissa.

turi subsunt. Ne ipsi citra ejus voluntatem ex factis subditorum tædiosum defensionis negotium fortean enascatur, rursum prudentissime innuente Merckelbach. ap. Klock. *cit. loc. n. 11. 12. & 15.* Conf. Ertel. *Pr. Aur. de Jurisd. infer. Civil. lib. 2. cap. 25. obs. 1.* Sed hanc viam facti Domini Venationis propriis subditis in occidendis feris, eorundem agros & fructus devastantibus, non æque competere arbitramur, satius ac tutius putantes, hos judicialibus duntaxat remediis contentos esse oportere, ne ipsis nimium admodum vinculum obligationis in eum laxetur, cui homagio addicti, & ne pietatem eidem debitam, privato molimine transiliendi eis ansa detur. Quam ob rem adeo nec remedia judicialia eisdem facile concedenda putamus, concernentia potissimum jurium Regalium exercitium. Capit. Leopold. *art. 3.* ibi: Nicht leichtlich gehöret, sondern a limine judicii ab- und zu schuldiger parition an seinen Landes-Fürsten und Herrn gewiesen werde. *R. I. Nov. de A. 1654. §. 105.* ibi: denen Unterthanen und Burgern wider ihre Obrigkeit die Processe nicht leichtlichen erkennen.

§. XXI.

Feræ occisæ sunt Domino venationis relinquendæ vel restituendæ.

Sed feræ depopulantes enectæ ad quem pertineant, & num capienti, an Domino venationis sint relinquendæ, denique discutiendum restat. Covarruvias quidem *in Relect. c. peccatum. p. 2. §. 8. n. 2.* existimat, feras captas, licet contra interdictum venandi, acquiri capienti, cum fera in naturali libertate constituta, nullius adhuc esse dicatur, & lex prohibitiva censeatur tantum afficere actum venationis, non vero acquisitionem ex venatione, potissimum etiam heic ipsa fera in resarcitionem damni occisori dati cedente, prout arguendum ex eis, que tradit Nicol. Everhard. Jun. *consil. 10. n. 57. vol. 1.* Verum enim vero tutius feras ita occisas venationis Domino relinquendas & restituendas judicamus, occidendi isthâc licentia potissimum in diminutionem ferarum concessa, pro conservanda magis possessione vel quasi libertatis quam damno actu dato recuperando. Hæc permissio enim ultra intentionem juris concedentis non videtur esse porrigenda. Unde olim illam feras ita depopulantes perimendi facultatem Constitutione Caroli VI. Galliarum Regis, ea solummodo præstitam tradunt conditione, ut feræ damnum inferentes occisæ,

domino

domino jus venandi habenti restituerentur. Confer post Guil. Benedict. *in Repetit. c. Raynutius. in verbis: & uxorem nomine Adelasiam. n. 355. cit.* Nicol. Everhard. Jun. *laudat. consil. 10. n. 57. vol. 1.* Nec quicquam juvat id, quod supra ex Covarruvia in contrarium propositum; siquidem istud, ut merum Juris Civilis constitutum, ad statum hodiernum germanicum, quo feræ in dominio Domini venationis esse censentur, amplicandum quam minime. Schilt. *Exerc. Theor. Pract. 45. th. 10. & 11.*

§. XXII.

Questio huc faciens resoluta.

Eodem ex fundamento & rationibus id suadentibus, ad requisitionem cujusdam Status Imperialis tertii Ordinis, Collegium hujus Lycei Juridicum, non dubitavit Responsum suum affirmative suggerere ad Quæstionem ipsi propositam hujus tenoris: Was man endlich bey unterlassender Remedur, und differirenden Abschaffung dergleichen schädlichen Gewilds, zu Abwendung grössern Schadens und anderer obgedachter-massen, von dem ungedultigen Landmann besorgenden Ungelegenheit, Obrigkeitlichen Amtswegen, vor Mittel und Weeg zu ergreiffen, damit solchem Unheil gesteuret werde? Und ob man nicht befugt, und mit Recht verantwortlich, weiln sich das Gewild weder mit kleinen Hunden noch andern verjagen und scheu machen oder abtreiben läßet, dasselbe nieder zu schießen und liegen zu lassen? oder so gut der Unterthan immer kan, solches zu vertreiben, mithin den Seegen, so ihm GOtt durch seine Mühe und Fleiß auff dem Felde alljährlich zeiget und beschehret, möglicher massen zu conserviren? Secuti Responsi summa hisce concepta fuit verbis: Daß vor allen die Nothdurfft erfordere, noch ein und anderes mahl denen benachbarten Herrschafften, so das Gewild zu disseitiger Unterthanen Schaden, dermassen angelegentlich hegen, freund- und nachbarliche nachdrucksame Vorstellung, zu der hierunter zu besorgenden nöthigen Remedirung zu thun, und zwar mit dem endlichen Anfügen, daß bey deren ferneren Unterbleibung, man so gar die verwandte und zugethane arme Unterthanen und Leute, umb nur von ferneren Ruin und Verderbung des ihrigen in Zeiten zu gesichern, und zwar in keiner andern Absicht, als nur zu lediglicher, auch in Natürlichen

türlichen Rechten und sonsten bekändtlicher erlaubter Defendirung, des ihnen von GOtt beschehrten Seegens auf ihren Feldern und Wiesen, denn aber auch einfolglicher Abwendung des weniger nicht dem publico hierunter mit anheimwachsenden Abgangs an Herrschafftlichen Præstationen, gar nicht zu verdencken haben, oder ihnen zu verwehren gemeint sein würde, das ihnen also schädliche häuffige Wild, wann es dero Felder, Wiesen und Früchte ferner, als geschehen, betretten, und gleichsam depopulando verwüsten solte, gleichwohlen, da es sich zumahlen nicht abschrecken, noch darunter andere Hülffe zugestanden werden wolte, durch niederschiessen und fällen, abzutreiben, und darmit so gut sie können sich selbsten zu Beybehaltung des ihrigen zu rathen, die man dann auch in solcher also von jenseit selbsten veranlasten eussersten Begebenheit, vermittelst, bey denen höchsten Reichs-Dicasteriis, verhoffentlich leicht zu erhaltenden Verordnung, pro defensione des ihrigen, auch Rechtlichen zu vertretten, keines Weeges entstehen dürffte. Rationes ita respondendi, cum antecedentibus ex Thesibus satis innotescant, heîc adjicere duximus superfluum quidem necessarium tamen, ut hujus pertractionis filum abrumpentes, B. L. affectum benignum nobis expeteremus.

G. T. D.

XVII. DIS-